

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Arborem scientiae boni et mali, protoplastis interdictam  
ex Gen. II,17**

**Mayer, Johann Friedrich  
Ziegra, Georg David**

**Vitembergae, 1718**

§. 8.

[urn:nbn:de:bsz:31-130464](#)

set implantata & radiaret in eis excellentissima scientia, qvæ & bonum qvodvis ad perfectionem hominis requisitum discernebat, & ex opposito malum perfectioni adversarium ostendebat?

§. 8. Agnoscunt id qvogve Sapientiores Rabbini ipsi, Adamum excellenti præditum fuisse notitia, ut videre est in Disputazione cabalistia Rabbi Israelis, de anima, cap. 26.  
אָדָם הַרְאָשׁוֹן  
שהירץ כלו שכלו ווחל ממרגרת מלacky עלונים ולא היה בו דעת בחיד צזר יציר הלה ואבוי טוי הביאו לעבור איה פי יונש בן הרור הראי:  
i. e. primus homo excellebat intelligentia super Angelos, etiam supremi gradus, nec qvicqvam de somite malo noverat, priusquam preceptum Domini transgressus fuit, a via regia deslebens: Et in Schalschelot: Non est dubium, hominem primum, qui fuit plasma manuum Dei benedicti, penitus fuisse imbutum omnibus sapientiis naturalibus & divinis. Nititur ergo Josephi, cæterorumqve sententia falsa hypothesi, qvod Adamus & Eva creati fuerint sine perfecto rationis usu infantium similes, ut ele- ganter observat B. Gerhardus Comment. in Genes. II. 9. Disp. Isagog. XXII. cap. 9. §. 20. & Mercerus l.c. inquit: Consensaneum non vide- tur, ut cum Arbor sit materialis & corporea, rem incorpoream, vim hanc intelligendi praestet. Et Paulo post: præterea eventus ostendit aliud homini esum hujus attulisse, cum pro scientissimo etiam omnium reddiderit ignoransissimum.

§. 9. Nec isti qvicqvam favet sententia, qvod cap. III. Genes. v. 7. dicitur: וַיַּרְא חֶנְבָּדָה עַנְיִ שְׁנֵיָהֶם: וַיַּרְא כִּי שְׁרִטְמָתָה: וַיַּרְא חֶנְבָּדָה עַלְהָתָה אֲנָה וַיַּעֲשֵׂה לְהָם חֶנְבָּדָה: Et aperti sunt oculi amborum. Cumque cognovissent, se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi Perizomata. Hæc enim oculorum apertio & nuditas agnitus non Boni cuiusdam, & qvidem majoris, quam antea ha- buerint, erat acquisitio, ceu vase ac malitiæ & qvivocationum & mendaciorum pater, spiritus malignus, pervaserat Protoplasis, sed Boni amissi & mali commissi animadversio, ut recte prævia Scriptura S, qvæ oculorum apertioν τὴν μετὰ τὴν ἀμαρτίαν αὐθησιν, Sensum peccati appellat, nostrates docent Theologi. Quomodo  
aper-